



**Miracvla Quæ Ad Invocationem Beatiss. Virginis Mariae,
Apvd Tvngros, Camberones, Et Servios In Hannonia; ac
Dominam Gaudiorum in Picardia vulgò Nostre Dame de
Liesse dictam effulsere**

Caoult, Walrand

Coloniae Agrippinae, 1607

Coniuges desperatæ sanitatis sanitatem consequuntur, vbi, voto facto, ad
virginem recurrerunt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59700)

dam eius famulus Lensi habitans eam inuisit,
& ut beatæ Virgini Camberonensi preces of-
fert, monuit: quod ilicò præstitit. Cumque a-
liquot ante horis animi deliquium passa esset,
simulque loquelam amisisset; tandem plenè
sanitati restituta, vnà cum marito beatæ vir-
gini gratias actura venit.

CONIVGES DESPERATAE SANI-
tatis sanitatem consequuntur, vbi, voto fa-
cto, ad virginem recurrerunt.

CAPVT XXXVI.

Eodem anno mense Augusto Nicasius
Hauchinius eiusque coniux Manuij san-
cti Petri habitantes, in morbum adeò vche-
mentem inciderunt, vt nil nisi mors protinus
secutura videretur. Indeq; factum est vt extre-
ma vnctiōe munirentur, lustralesque cerei
quater in ipforum manibus ponerentur. Ea
tibi res mira. Vt se ad beatæ Virgini Cambe-
ronensis ædiculam peregrinos deuouerunt
quotannis ad vitam, in ipso temporis momē-
to sanitate recuperata, lineis induti, ac nudis
pedibus subucula ferrea carni hærente (vt Re-
gestum habet) ad beatæ virginis pro tam
miraculosa recepta sanitate gratias
acturi venerunt.

E

M V